



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

LVII. Geistliche Verbrüderung zwischen dem Karthause bei Frankfurt und dem Stifte Karthäuser-Ordens Gottesgnade bei Stettin, im Jahre 1454(?).

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55508](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55508)

LVII. Geiſtliche Verbrüderung zwiſchen dem Karthauſe bei Frankfurt und dem Stifte  
Karthäuſer-Ordens Gottesgnade bei Stettin, im Jahre 1454 (?).

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis amen. Nos fratres, priores et conuenticuales vtriusque conuentus ſcilicet tam patrum quam conuerſorum Gracie dei prope ſtettyn et Miſericordie dei prope frankenford, ordinis carthuſienſis, Antiquam renovantes fraternitatem et quam iam ab annis plurimis retroactis vnanimi caritate et mutua confederatione conſeruare conſueuimus propter rei memoriam ſcriptis commendare curantes, Et ſi que ex cauſa rationabili addenda videantur vltra ſolita addere cupientes preſentibus publice proteſtamur, Quod nos ſalubriter attendentes huius labilis vite occaſum et quia in multis offendimus omnes cum apoſtolo gemebunde referentes Iplasque peccatorum maculas mutuis ac karitatiuis ſuffragiis abluere cupientes vt ab omni labe peccati per diuinam clemenciam emundati debito mortis ſoluto, Eo cicius gaudia pertingamus ad eterna, In vnanimi et ſincera caritate nos confederauimus et fedus ac fraternitatem iunximus ſequenti ſub forma perpetuo a nobis et poſteris noſtris obſeruanda, Vt videlicet quandocunque aliquis monachorum aut conuerſorum ſeu redditorum vnus prefatarum domorum noſtrarum profeſſus aut nouicius debitum ſoluerit carnis vniuerſe, pro anime ſue remedio quilibet monachus aut conuerſus alterius prefatarum domorum noſtrarum profeſſus et etiam nouicius vltra alia debita ex ordine vel ex gratia generalis capituli debita ad plenum teneatur monachatum, Sic videlicet vt quilibet monachus priuatim pro eo dicat duo pſalteria vnum cum veniis et aliud ſine veniis vel etiam ſi voluerit ac neceſſe habuerit pro veniis dicat integram agendam cum oratione propria defuncti tamen et fidelium, Niſi ſupra has de beneplacito alias addere cuiquam placuerit aut certe pro ſalute illius defuncti quilibet celebrans dicat VI miſſas aut interpolatim pro pſalteriis miſſas, aut miſſas pro pſalteriis ſecundum eſtimationem ſtatutorum, ſcilicet tres miſſas pro pſalterio, aut certe ſi id placuerit pro qualibet quinquagena pſalterii dicat vnam miſſam, ſi interpolatim pſalteria et miſſas cuiquam ſoluere placuerit, Et vnum Tricenarium imponatur in conuentu patrum pro eodem die vacante, Et ne diu differri contingat, eciam in feſto XII lc. in quo alias ad agenda non tenemur, id inponi decreuimus, Pro quo conuerſi dicant L pater noſter. Anniuerſarium vero eiufdem defuncti ſcribatur in calendario conuenticuali in die obitus eiufdem, Conuerſi vero prefatarum domorum noſtrarum dicant pro ſalute eiufdem CCCXXX pater noſter, Medietatem cum veniis et medietatem ſine veniis, Niſi forte aliquem a veniis ſenium aut debilitas excuſauerit. Ex hac cauſa priores prefatarum domorum poterunt cum conuerſis ſuper veniis accipiendis diſpenſare ac earundem veniarum ſupportationem in aliud pietatis opus commutare. Inſuper volumus, ut pro viuus noſtre fraternitatis in qualibet domorum noſtrarum prefatarum omni anno imponatur vnum tricenarium de ſpiritu ſancto poſt impoſitionem tricenariorum de ſpiritu ſancto a capitulo generali injunctorum. Item volumus ut pro Donantibus domorum noſtrarum in altera domo vltra alia beneficia ordinis aut capituli dicatur placebo a quolibet clerico et vna miſſa ordinetur priuatim dicenda, Conuerſi vero dicant pro eis VII pater noſter et totidem aue maria, Et ſimiliter ipſi dotati faciant pro obitu cuiuslibet patris aut fratris noſtre fraternitatis. Si autem volunt facere ſicut conuerſi et ſe ad hoc ſponte aſtringere, fiat pro eis ſicut pro conuerſis, Sed detur eis ſolutio animarum cum aſſociatione, Et hoc idem in obitu eorum intimetur. Si autem aliquis profeſſorum domus noſtre alibi fecerit profeſſionem et ſe

astrinxerit ad faciendum pro associatis vobis sic pro nobis fiat pro eo in domibus associatis sicut et pro vobis.

Nach dem Copialbuche des Karthäuser-Klosters, No. 76.

LVIII. Desselben Verbrüderung mit dem Stifte Karthäuser-Ordens zu Liegnitz,  
am 7. Juli 1454.

In nomine sancte et Individue trinitatis Amen. Nos fratres priores et Conventuales vtriusque conventus, scilicet tam patrum quam conuerforum domorum misericordie dei prope Frankensford et passionis ihesu christi prope legnitz, ordinis Carthusiensis, presentibus publice protestamur, quod nos salubriter attendentes huius labilis vite occasum et quam in multis offendimus omnes cum apostolo gemebunde referentes etc. (per totum sicut in precedenti). In cuius rei testimonium Sigilla conventuum predictarum domorum presentibus sunt appensa. Datum dominica die sub octavis visitacionis gloriosissime virginis marie, anno domini M<sup>o</sup>. CCCCLIII<sup>o</sup>.

Nach dem Copialbuche des Karthäuser-Klosters, No. 77.

LIX. Zeugenverhör, aufgenommen vor Richter und Schöppen der Dörfer Dolgeln, Treplin und Gufow, unter Zuziehung eines Notarius, über die Gerechtigkeiten des Bischofs und Capitels zu Lebus, sowie der Bauern zu Nieder-Jehsar an dem Hohen-Jehsar genannten See, vom 13. August 1454.

1. Wir Richter vnd Scheppin des dorfes dolgelyn thuen kunth vnd wißentlich allen den, dye dissen vnsern brief adir dis Instrument sehen, horen adir lezen, vnd neemlichen den-  
gennen, den is noet ist zcu wissen, das vor vns In kegenwart der vndergeschreben offinbar schri-  
ber vnd geczuge ist In eigener person kegenwortig gewest der vorsichtighe man claws kynt,  
hy sechzig yar alt, der nicht is in dem banne adir in der vestunghe, Ouch horet her den Car-  
thufern nicht zcu in der mageschaft vnd och nicht gewonnen vmme geld adir guth, geczugnyse  
zcu thuen, nach etzwas darvor bogeret, Ist von dem andechtighen bruder peter colbe, leybruder  
Carthewiser ordens des howfes barmharczkeit gots, vor franckenford geleghen, lu-  
bus geflichtes, myt orlobe des richters ladunghe vnd vorbotunghe, alze recht ist, vorgebracht, vnd  
ist dar beschuldiget in vnser kegenwort, zcu sagen vnd bekennen vmme der rechtikeit willen, was  
inn gedechte vnde wißentlich were, Was dy gebuwer von Nyder Jefsir von aldir gewonheit  
vnd rechtikeit haben gehabt an dem sehe, der genant is der hogen Jefsir. Des antwerte her